



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Ioan. Petri Maffei, Bergomatis, E Societate Iesv,  
Historiarvm Indicarvm Libri XVI.**

**Maffei, Giovanni Pietro**

**Antverpiae, 1605**

Francisci Xaverii E Societate Iesv Ad Socios In Evropam.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11473**

SELECTARVM  
EPISTOLARVM  
EX INDIA  
LIBER PRIMVS.

FRANCISCI XAVERII E SOCIETATE IESV  
AD SOCIOS IN EVROPAM.



VAM latoꝝ atque vberes animarum fructus  
Indica ferat vinea; & non in Regiis modò  
præsidiis, verùm etiam in reliquis oppidis  
barbarorum, sanctissima Christi fides quām  
feliciter crescat, fusiꝫ ad vos scripsi mense  
Januario superiore. Ego Iaponem versus ex  
India sum profectus Aprili mense, duobus è  
Societate nostra comitibus, altero sacerdo-  
te cui Cosimo nomen est, altero laico: itēque Iaponiis neophytis  
tribus, quos mihi sanè videtur Domin⁹ præcipua quadā benigni-  
tate clemētiaq; fouisse, namq; vt in D. Pauli Collegio Goꝫ cœle-  
sti lauacro expiati sunt, tanta eos diuina bonitas voluptate gau-  
dioq; perfudit, tantam q; ad suæ in ipsos beneficentia cognitionē  
adduxit, vt prælætitia spirituali piaq; dulcedine lacrymas non te-  
nerent. in virtutibus verò mirabile dictu est quantum profece-  
rint: planè, vt ex nobis iucundam arque utilem sermonis materiā  
præbeant. Ad hæc & legere & scribere didicerunt, ac distribui;  
in horas precationibus diligenter vacant. Interrogati à me quo-  
nam sentirent se genere considerationis porissimum affici; passio-  
nis Domini recordatione, dixerunt: itaque huic vni maximè cō-  
mentationi dant operam. Articulos fidei, Redemptionis generis  
humani causas, & cetera Christiana mysteria per otium cognoue-  
rūt. Percōtati mihi s̄x numero quosnam religionis Christiana  
ritus quāve instituta sibi maximè crederent profutura, duo illa  
semper, scilicet Confessionē & Cōmunionem, sine controuersia  
responderunt. addentes insuper, sua quidem sententia neminem  
omnino fore participem rationis, quin auditis Christiana disci-

## SELECTARVM EPISTOLARVM

plinæ decretis assentiatur ac patet. Vnius verò ex iis, cui pater nomen, sanctæ fidei cognomen inpositum est, illam quoq; vobis audiui; cùm ingemiscens in hac verba prorur pererit: O milenii ponit; qui ea ipsa, quæ Deus ad vestrum est fabricatus obsequum adoratis ut numen eui ego, quid ita inquam. tum ille, quod servat, veneratur ac Lunam; quæ res iis, qui nouere Dominum Iesum Christum, famulat, ac seruunt. quid enim agunt, inquit; aliud; nihil tenebras ac noctis illuminant, vt ea claritate mortales ad misericordiam Dei & filii eius Iesu Christi cultum & gloriam in terris vici.

Verum ut ad institutam itineris nostri narrationem redire Malacam venimus pridie Calèd. Junias, anno M.D.XLIX. libellus Hispanorū accepimus ex Lapone literas, in quibus erat scriptum, quod cipè quendam cius terræ viru velle fieri Christianum: itaq; legimus eo ad Prætorē Indiæ, qui aliquot è Societate nostra Chymica religionis interpres postularer. afferebatur etia, quodam lapide in oppido, mercatores Lusitanos in hospitium iussu reguli militare dæmonum incuribus vehemeter infestu, atq; ob id habebantibus destitutum: cum ignaris quid esset Lusitanis vestes detinatur, famulus etia nocturno spectro perterritus exclamat: hostes circumdedisse hospitium: incolas vero & regulu mercatoribus russis, domū eā ab dæmons inhabitari: & simul quæsisse quodam ad eu fugandū remedio vterentur: respondisse Lusitanos, nullum aduersus dæmones Cruce firmius inueniri præsidū; itaq; ex hoc Crucis dominibus eius oppidi ferè singulis collocatas. Nunabens ad hæc, peraplū patere euangelizantibus in Lapone caput; quodam ges morib⁹ mala uera sit, ingenio docilis & acura: quo circa magis in spē veni, si per nostra peccata non steterit quo minus expiatur. Deus, ingēnū animarū vim ad Ecclesiæ gremiu accellera: ita ego rebus cognitis, tametsi ea mihi admodum latra videbantur, tandem quadiu substigi, mecum adhuc de profecitione deliberans: sed certa cōstatet mihi iam diuinæ voluntatis iudicia, viderèq; me, nū incepto desisteret, ipsimet laponis ethnicis multo detestabilior futuru, (quaquam perenit ille humani generis aduersarius meus) hoc iter lumina ope nimirū impeditur) fio tamen animo pergere, & primo statim aduentu Regis ipsum laponis adire cōstitui, eiq; madam que habemus a Domino, exponere. Et quamvis apud Regia Academia dicatur esse per celebris, tamē haud dubia nobis, si ad cœlum ventus sit, Deo favore, victoria pollicemur. nec nos litteratoe veremur sophismata, nec barbaroru minas, vel dæmonum insidias perturbescimus; quid enim nobis aut ab eorum scictia, qui leuum ab

UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## EX INDIA LIBER I.

sciūt, potest esse periculi; aut ab eorum vi, quibus nihil in nos, nisi  
quantū Deus ipse permiserit, licet? præsertim cū nulla re alia, nisi  
diuinæ gloriæ studio & salutis animarū adducti, negotiū hoc sus-  
cepimus; & Iob à diabolo sacræ litteræ nō nisi concedente Do-  
mino lardi potuisse testentur. Illa verò nos vna assiduè cura solici-  
tat, ne grauius ipsi pro humana fragilitate peccemus; nére Dei  
auxilio, quod laborantibus ille semper benignè suppeditat, abu-  
tamur, quod tamen ne accidat, cùm sacrosancta matris Ecclesiæ  
(cuius imperii fines, animabus ad creatoris agnitionē trahendis,  
propagare satagimus) tum nominatim Societatis Iesu meritis  
imperatum iri speramus.

Sanè quam periculosum iter hoc Iaponicū est, partim ob fre-  
quentia latrocinia, partim etiam ob tempestates, que passim hoc  
mari ita fœuae excitantur, vt præclarè agi cum iis qui nauigant  
existimetur, si tribus è nauibus due cursum in columnes teneant.  
Quocirca venit mihi sèpe in mentē vereri, ne, qui è nostra Socie-  
tate sapientiores videntur, si cui eorū in hæc loca mitti contige-  
rit, temerariū esse negotiū, Deumq; tentari quodammodo, tā aper-  
tis adeundis periculis, putent: qua tamen eos suspicione postmo-  
dum libero, quod spero, Societatis nostræ doctrinis ac litteris in-  
habitatem Domini spiritum præsidere. Illud quidē occurrit mihi  
sèpenumero, quod aliquando patrem nostrū Iguatium audiui di-  
centē: omnibus iis, qui in Societate nostra versantur, summo  
studio conatuque elaborandum esse, vt inanes ab se timores & ce-  
tera cuncta depellant, quæ hominī, quo minus toram in uno Deo  
spem collocet, impedimento esse consuevere. Porro, quemadmo-  
dum interest inter eos, querū ita spes est in Deo roposita, vt rebus  
tamen affluant necessariis, & eos, qui ob idipsum vt Christū imi-  
tarentur, & soli Deo confiderent, omnibus sese vitæ præfidiis ex-  
suerunt; sic proculdubio multū refert, vrū quis, cùm vnicum ha-  
bere se profiteatur in Dei bonitate perfugiū, tum in tuto & quasi  
umbra se exerceat: au, alia re proposita sibi nulla præter Dei hono-  
rem gloriæq; sese caputq; suu volens vidensque in discriminem offe-  
rat pñne quotidie: cuiusmodi si quis existat, nñ illum ego prope-  
diem seculi rædio, migrandiq; ad Dominū desiderio, affectum iri  
crediderim: quandoquidem hæc hominū quæ dicitur vita, mors  
perpetua potius ac triste quoddā à cœlestibus regnis exsilium est.

Vos interea valete fratres, Dominumque precamini, vt nostrā  
disunctionem pro infinita sua misericordia coniungere dignetur  
in cælo: nam in terris quidem ecquando posthac visuri inter nos  
simus, incertum est. Malaca, x. Cal. Iulias, M. D. X L I X.